Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Juristische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. II, 79
Signatur:	Cent. II, 79

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

bitu aliis quos expedire viderit religiosis adiunctis secum visitationis tempore introducat. Idem episcopo Baiocen. et archidiacono Rothomagen.

Dilectus filius abbas monasterii Rothomagen. exposuit quod tertia pars emendarum quas homines quique parochiarum pro suis excessibus solvere compelluntur ad ipsum spectat monasterium ab antiquo. et insuper. Cum quidam predecessor noster vobis dederit in mandatis ut auditis hinc inde propositis causam remitteretis ad eum sufficienter instructam. Dictus episcopus processum vestrum diutius impedivit occasione cuiusdam sententie que super quibusdam certis quo ad legem diocesanam promulgata extitit, pro eodem vero prefatus abbas nobis humiliter supplicavit ut cum citatio causarum examinatio et decisio ac emende ad legem iurisdictionis pertinere noscantur non sineremus sententie memorate pretextu negotium processum ulterius impediri. Cum ergo predicta de lege iurisdictionis existant. mandamus quatenus huiusmodi sententia non obstante procedatis in negotio iuxta traditam vobis formam. Gregorius IX episcopo Suan.

Grave gerimus quod cum in ecclesiam sancte Marie de Orbitello et quasdam alias ecclesias in tua diocesi existentes ad monasterium sancti Anastasii de urbe spectantes nullam habeas iurisdictionem ordinariam aut delegatam occasione litterarum nostrarum quas super correctione clericorum tibi transmisimus in eas interdicti ac in clericos earundem suspensionis sententias promulgasti. quamvis abbas eiusdem monasterii eos corrigere sit paratus. mandamus quatenus si est ita prudenter corrigens per te ipsum que minus provide attemptasti predictas sententias sine difficultate relaxes. Idem.

Eis quibus ex officio in certis casibus competit illos absolvere qui pro violenta manuum iniectione inciderunt in canonem sententie promulgate. licet aliis huiusmodi absolutionem committere cum viderint expedire. Innocentius IIII in concilio Lugdunen.

Romana ecclesia. Et infra. Presbyter [?] quoque ne Remensis archiepiscopus in diocesibus suffraganeorum suorum foraneos officiales constituat, quod cum metropolitaneis nec suorum suffraganeorum intermediant dioceses ut in eis auctoritate propria iudicent disponant aliquid.